

*sed fastu majore.* Bonarum literarum æstimatio & cum Theologico scribendi genere conjunctio insipida sub Pedantismi criminatione facta nec hodie est, nisi iis, qui tenebrosos Bœmificæ Theologiæ ineptiis effalcinati ad ea etiam nauseare delirâ se mentis imaginatione advesfecerunt, quæ saniore gustu præditis post S. Literarum amorem, quia à venustatis omnis & gratiæ fonte proveniunt, in pretio sunt & deliciis. Ut olim sub reformationis initia pro Divinorum donorum, in ministros suos largâ copiâ collatorum varietate alii scribendi genere usi sunt, ab omni externo splendore & adscititio ornatu remoto, alii verò ornamenta quoque & orationis florem, qualem in scriptis suis, qui rationem excoluerunt, sectati sunt, adhibuerunt: ita nec hodiè in utroque genere deesse, qui illorum vestigiis insistant, neque derterbuissè hodiè amorem, sermonis lumina & decorem exgentilium etiam, naturæ ductum sequentium, scriptis orationibus nostris conciliandi, ipse sensus & experientia confirmat. Planè ut de diversis his Dei muneribus jam olim antiqua Ecclesia judicavit, comprobavitque exemplis. — E quibus è Theodoreto unum planè memorabile adponemus. *Per idem tempus, inquit, Edesse quidem Ephraem admirabilis, Alexandriae verò florebat Didymus, uterque adversus dogmata veritati contraria libros conscribens. Et Ephraem quidem, Syrorum utens lingua, Spiritualis gratia radios diffundebat. Nam cum Græca, literas non attigisset, multifidos tamen Græcorum errores confutavit, omnesq; hæreticorum fraudes infirmas esse ostendit. Et quoniam Harmonius, Bardesani filius, cantica quædam olim composuerat & modorum (vavitati impietatem admiscens audientium animos demulcebat & ad exitium pertraherebat, ipse modorum compositionem ab ipso mutuatus pietatem canticis permiscuit & suavissimum simul ac utilissimum medicamentum audientibus exhibuit. Atq; hæc cantica festos martyrum dies latiores ac splendidiores etiamnum efficiunt. Didymus verò cum à puero luminibus orbatu fuisset, Poëticam nihilominus ac Rhetoricam artem didicit. Arithmeticam præterea & Geometriam & Astronomiam, Aristotelis item syllogismos*

gismos